



[Faint, illegible handwriting on a blank page, possibly bleed-through from the reverse side.]



בגרה
שלוש

הקבלה
גמטריה נוטריקון
ותמורה

Sive
De

TRIPLICI
EBRÆORUM
CABBALA,

Gematrija, Notarjekon & Themura
EXERCITIUM PHILOLOGICUM,

Quod,

Divinâ favente gratiâ

&

*Amplissimi Collegii Philosophici consensu
in Celeberrima Saxonum*

Eruditorum examini submitunt

P R Æ S E S

M. JOHANNES VALENTINUS

Hübner / Meiningâ-Hennebergicus.

ET RESPONDENS

SAMUEL JORISCH Torgensis.

Habebitur in Auditorio Philosophorum

Ad Kalendas Decembr. A. O. R c l o l o c LXIX.

VVittebergæ,

In Officina FINCELIANA excudebat ELIAS Siebig.



V I R I S

Nobilissimis, Consultissimis, Experientissimo, Amplissimis, Spectatissimis, Prudentissimis,

Dnn. CONSULIBUS,

Dn. SYNDICO,

Dnn. JUDICIBUS,

Dnn. CAMERARIIS,

Cæterisque Ordinis Senatorii in incluta Torgensium Republ. Assessoribus gravissimis, Dnn. Patronis, Meccoenatibus atque Promotoribus suis summo honoris pariter atque pietatis cultu æviternum de-
venerandis,

Hasce primitias Academicas

D. D. D.

Samuel Forisch Torg.



CABBALAM speculari fert animus, ejusque rimari, quantum fas est, mysteria. Non magicam illam, quam non immerito superstitionum omnium fontem, errorum perniciosissimorum originem, insulsissimorum denique deliramentorum officinam dixeris: quisquiliæ hæc sunt & ineptiarum purgamenta digna, quæ æternum sepulta jaceant. Sed mediam illam & indifferentem, quæ & uti sobriè licet liberali ingenio, & abuti possint malè feriat. Inde favum apiculæ libant, internecinum virus febriculosi superstitionum architecti. Amplissimus hic patet jucundissimarum tractationum campus. Nos quosdam exuberiori messe racemos dabimus, non messem.

אנא יהוה הושיעני

אנני יהוה הצליחני

§. 1. CBBAALÆ, Ebraicè קבלה nomen Chaldææ natales debet oriundum à rad. קבל & receptionem seu acceptionem formaliter & immediatè denotat. Eidem oppositione relativa respondet מסורה vel מסורת quod traditionem notat. Salvator πατὸς παραδοσ. interpretatur. Hanc enim à DEO Mosis inspiratam, & ab hoc ad Sapientiores gentis Israëliticæ derivatam & porro propagatam contendunt Ebræorum Scholæ. Hinc permutatis nominibus idem modò קבלה *Cabbala* dicitur, modò מסורה *Masora*. Solet & תורה שבעל פה *Lex oralis* appellari, cui contradistinguitur תורה שבכתב *Lex scripta* divina. Titulis honorariis vocant ררך האמת *eloquia veritatis*, item ררך האמת *viam veritatis*. Hæc quæ profunda legis scrutantur mysteria מקובלים *Cabbalistsæ* & *Cabbalici*, eorundemque discipuli *Cabbalæi* appellantur, quod notat Reuchlinus lib: 1. de arte Cabbalif. Nil tamen vetat, quò minùs indiscriminatim omnes isti *Cabbalistsæ* appellentur.

§. 2. Diversimodè accipitur *Cabbala* appellatio. (1) *Generalissimè* cujuscunq; rei mysticæ & profundæ indaginis scientiam notat. (2) *Specialius* (α) tum Scripturam S. tum (β) & frequentius sensum ejus mysticum, itemq; (σ) aliquando doctrinam Patriarcharum ab Adamo usq; ad Mosén continuâ traditione propagatam, nec non [ξ] legem quandam ore tenus traditam, quæ sit expo-

fitio legis scriptæ: Hanc Mosen, cum 40. dies ac noctes in mon-
 te Sinai commoraretur, accepisse à DEO & tradidisse successori-
 bus suis, Ebræi docent communiter, nec Christianorum pauci.
 Vid. Serarius in C. X. Josuæ qv. 2. Sixtus Senensis lib: 1. B. S. c. 24.
 Jansenius Concord. Evang. c. 146. Sandæus Theol. myst. lib: 2.
 commentat. 15. Cunæus de Rep. Ebr. lib. III. cap. 8. Et alii plu-
 res, quos allegat Schottus Techn. Cur. Lib: XII. Cap: 27. p. 1031. im-
 primis verò Vir ἀνατολικὸς γλωττῆς & Nobiliss. & Excellen-
 tiss. DN. ANDREAS SENNERTUS, Academiæ hujus Venera-
 bilis Senior, Patronus & Præceptor noster ætatem colen-
 dus Dissert. de Cabbala Ebr. pag: 7. 10. seqq. (3.) *Frequentiori ta-*
men & multò specialiori acceptione significat abstrusam quan-
 dam & arcanam doctrinam veterum & recentiorum Judæorum
 circa mysteria quædam in Mosis Prophetarumq; scriptis sub in-
 volucris literarum, syllabarum, integrarum deniq; dictionum,
 velut symbolorum, latentia, quæ inde variis modis eruuntur. De-
 niq; & (4.) Cabbala dicitur superstitiosa, impia & blasphemata
 Judæorum doctrina, quæ circa *Systema Sefiroticum*, quod ar-
 borem Cabbalisticam appellant, & circa varia *Dæmonum nomina*,
 itemque *sacras planetarum tabulas, quas mensulas & sigilla* vocant
 [vid. Pat Athanasius Kircherus Oedip. Ægypt. tom; II. Classe 7.
 cap: 4. Schottus Magiæ Part. III. Lib. penult.] occupatur, quam &
 פְּרַקְטִיכָה *practicam* dicunt, eandemq; in Cabbalam מְרַכְכֵּרָה
 quod est *opus quadrige*, & Cabbalam בִּוְרָא שֵׁיתָ seu *opus fabricæ*
dispersunt. Quò & *Cabbala Astrologica* referenda vide-
 tur. De hac rectè inquit Pr. Athanasius Kircherus l. c.
 passim, esse eam si pauca excipias, totius iniquitatis officinam cen-
 sendam ab omnibus iis, qui similia rectæ rationis trutinâ ponde-
 rare solent. vid. & quæ Scaliger habet Exercit. 355. Ex his omni-
 bus tertia potissimum acceptio hujus loci est. Hanc *Ebreorum*
 dicimus: nam & Saraceni habent suam Cabbalam, quam *Sa-*
racenicam vocant, & Christiani, ut Judæos similibus machinamen-
 tis debellarent, quædam imitati sunt. Egregium artificium præ-
 stiterunt Picus Mirandulanus in calce Heptapli sui, cujus verba
 adduxit Schottus l. c. cap. 7. § S. & Petrus Galatinus tr. de A.
 C. V. passim.

§ 3. Quantum igitur ad Cabbalam sensu, quem indigitavi-
 mu.

mus acceptam, procul dubio non æquè ac Mosaica illa antiqua quam vocant, à Deo inspirata est, sed ab otiosis ingeniosis tamen Rabbiniis, qui primam & veram Cabbalam ignorantes, hanc pro illa vendiderunt excogitata est. Hinc & à parentibus, unde nata & educata est *Rabbunica* audit. Hæc quidam usi, multò plures ad magicas artes & blasphemiam in Christum religionemq; Christianam abusi sunt Vitia in Cabbalistarum non ipsi tribuenda Cabbalæ existimamus Conf. B. Glassius Phil. S. lib. II. part. 1. Tr. II. Sect. 3. art. 7. D. Mullerus Judaïsm. p. 48. seqq.

§ 4. Occupatur illa præcipuè in scrutinio Scripturæ sacræ, maximè ejus quæ caractere Ebraicò exarata est. Hujus non sententias, tantum & dictiones, sed singulas porro syllabas literarumq; affectiones apices & puncta singulari & arcanò modò conferendo, ordinando computando & permutando, quæ. l. mystica interpretatio, vel subtilis & ingeniosa, tum judicii exercendi, tum memoriæ javandæ ratio inde clivi potest, considerat, Quò non parum conferre videtur mysteriosus & divinus Scripturæ character. Hæc ergò primum & præcipuum ejus objectum est; secundariæ circa alia etiam extra Scripturam occupatur.

§ 5. Fundamenti loco supponit singulas Alphabeti Hebraici litteras esse significativas, ut tali vel tali ordine ac ratione collatæ arcanum sensum efficere queant. Quarum quidem significationes ex Eusebio Cæsariensi, D. Hieronymo, Joh. Reuchlino, Rob. Bellarmino &c. adduxit Kircherus l. c. cl. 4. c. 3. itemq; singulas Alphabeti litteras denotare singulos numeros, monades, decades, centenarios, myriades &c. & ex his compositos intermedios, nisi quod pro קכ quòd 15. valeret, reverentiæ causâ scribunt קכ quòd totidem valet Vid. Reuchlinus Lib. III. Art. Cabbal. Deniq; & ipsos apices literarumq; quantitatem majusculam minusculamve, figuramq; inversam aut suspensam aliterve affectam, homogenitatem deniq; & heterogereitatem mysterium quoddam involvere. de quo fufius Hackspanius Miscel. pag. 298. 307. 317. seqq.

§ 6. His præmissis describimus [nec enim cum technasma sit, & ob diversissimarum rerum, quas tractat, diversissimam conditionem perfectè definire fortassis licuerit] *Cabbalam* pro ratione instituti quod sit *arcana Judæorum doctrina, quæ mystica*
est ab-

Et abstrusa multa, quæ non tantum sub dictionum involucribus, sed & facie rudi positæ; syllabarum vario, literarum item ac singulorum elementorum, maxime Scripturæ Ebraicæ caractere exarata latere creduntur, appropriatâ methodo eruunt. Alias definitiones plures Rabbi Eliæ, Raymundi Lullii, Pici Mirandulani, Hackspanii, Kircheri &c. vide apud citatos hæcenus Autores, in primis Venerandum Seniores nostrum l. c. pag. 8. Quas tamen, cum pleræque Cabbalam universim spectatam attineant, hæc prætermittimus.

§. 7. Varii etiam variè solent dividere. Mirandulanus in nongent, conclus. dividit in Cabbalam ספירות numerationum s. numerorum doctrinam & שמות nominum, s. nominum scientiam. R. Homajapud Kircherum l. c. cap. 1. & B. Glassium l. c. pag. 303. in והשכן ומלך ומאמר וצירוף ותיקון וצירוף ומאמר ומלך והשכן rectitudinem, combinationem, sententiam & supputationem. R. Joseph Ben Abraham, teste Reuchlino lib. 3. art. Cabbal. & maxima Cabbalistarum pars ad tres partes reducunt, secundum triplicem rerum omnium conditionem, numerum, mensuram sive figuram, & pondus. Alii aliter. Conf. B. Glasius & Schottus l. c. Commodissimè videtur dividi posse in ἀτεχνον & ἐτεχνον, & hæc iterum in Cabbalam עיונית speculativam & מעשית practicam. Quas tamen divisiones, cum sint Cabbalæ generalissimè sensu acceptæ, pariter nunc prætermittimus & tantum circa eam divisionem occupamur, quæ Cabbala עיונית speculativa in tres species harumque inferiora dispescitur, quæ comprehenduntur symbolicâ voce גנן i. e. hortus, quò nomine Cabbalisticum librum edidit R. Joseph Bar Abraham Salemitanus, suntque; (1) גימטריא Gematrija (2) נוטריון Notarjecon (3) תמורה Themura. Quas species variè varie subdividere solent, confundentes nonnunquam divensas. Nos vestigiis Venerandi nostri Senioris insistentes singulas bonò ordine expendemus, & exempla, quæ videbuntur, subjiciemus.

§. 8. Prima itaque Species גימטריא Gematrija plerorumque vero similimâ conjecturâ dicitur, quæ γεωμετρία Græcâ appellatione. Nam & nomen nomini convenit, & res rei. Antiquorum enim quidam Grometriæ vocabulò & numerorum scientiam & magnitudinum, seu quod idem, Mathesin puram complexi

plexi sunt. Inde verò id nominis obtinuit *Gematrifa*, quia Mathematicam vocum syllabarum literarumq; affectionem confiderat. Uude & Elias in Thishi חשבון & סנין *supputationem & numerum* appellat. Hæc commodè dividitur in *Arithmologiam* & *Gematrijam* in specie.

§. 9. *Arithmologiam* vocamus quando literis subinde mutatis producitur alia vox five una, five plures, quæ quâ summam numerorum per literas significatorum æquivalet priori & arcantum sensum suppeditat. Qui modus appellatione alia יסושה-*Phi* dici possit. Itaq; quæ voces producunt eundem numerum, ea se invicem explicare putantur, e. g. illustris comprimis est locus Gen. XLIX, 10. ubi ex verbis יבא שילך *veni & Schilo* Baal Hatturim arithmologicè producit nomen משיח *e. Mesias*. Utrobiq; enim prædeunt 358. Elegans etiam exemplum ex eodem allegat Hackspanius ad Deuteron. XXX. 6. ומל והוה אלהיך את לבבך ואת לבב זרעך *Circumcidet Dominus DEUS tuus cor tuum & cor seminis tui*. Ad hæc ita Baul Hatturiam. את לבבך ואת לימות המשיח *i. e. cum dicitur* זה לימות המשיח *id tantundem valet per Gematrijam ac vocabula* זה לימות המשיח *id ipsum tempore Mesia futurum est*. Similiter ex verbis Psalm. LXXII. 17. יבין שמו *dominabitur nomen ejus*. Ezechuan Paulus Judæus conversus per Gematrijam produxit יושעבן דוד quod est: *JESUS Filius David*, qui à Salomone ibid. inunitur. Talis etiam Cabbala in novo instrumento occurrere putatur Apoc. XIII. 18. ubi numerus bestia (Antichristi) dicitur esse 666, unde Piscator Comment, ad h. l. arithmologicè produxit vocem רומי *i. c. Romana*, digitum intendens ad Pontificem Romanum, Idem simili computatione apud Irenæum & Hypolitum est Τειρας, *i. c. gigas*. Arethas vocem ΑΥΓΙ, Primasius nomen Ααλειος inde confecerunt. Ubique n. sunt 666. Vide plura ejus artificii specimina apud Schottum l. c. cap. 7.

§. 10. *Gematrijam* in specie sic dictam in duas partes subdividimus. Harum prima appellatur *figurativo*, Ebraicè צורייור quæ ex magnitudine literarum earumqve figura mysticum sensum evolvit. Quò pertinet (1) quando redduntur causæ, cur quæ-



300. Quibus respondet litera ψ & (3) tandem ead. dividantur per latitudinem emergent 6. quot valet litera γ : quæ tres literæ junctæ constituunt sanctissimum nomen $\gamma\psi\gamma$ *JESU* structurâ Noachicâ adumbratum. Sic, ubi vix putaras, *JESUS* est. Nos simili technasmate similem architectamur Cabbalam. Dum n. hoc agimus, in mentem venit, quod Excellentiss. DN. M. Johannes Wolffingius, illustris Casimiriani, quod Coburgi est P. P. & Pædagogiarcha, Patronus & Præceptor noster ætatem colendus, elegantissimi mathemate docuerit, quod ex tribus numeris quibuscunque in trigono dispositis, & toties invicem s. additis s. multiplicatis, quoties combinari possunt, tandem idem prorsus ubique emergat productum, id quod insignem mysterii speciem præ se ferre videtur, cogitamus, id pro mysterio Trinitatis per modum Cabbalæ $\delta\epsilon\chi\iota\tau\epsilon\lambda\tau\omicron\nu\mu\alpha\eta\varsigma$ adumbrando non inconcinnam suppeditare structuram. Præstari id per additionem potest, & per multiplicationem Primò itaque pro *additione* disponantur trium Divinitatis personarum nomina $\psi\kappa\alpha\tau\alpha$ *רוח הקדש* $\beta\eta$ *אב* in numeros soluta 3.

	$\alpha\beta$	
	3.	
	$\alpha\lambda\eta$	
623.	$\psi\lambda\tau\eta$	55.
	$\alpha\eta\tau$	
	684	
$\psi\kappa\alpha\tau\alpha$		$\beta\eta$
$\psi\kappa\alpha\tau\alpha$		52.
629.	681	

52. 629. Horum numerorum toties addantur bini, quoties combinari possunt, prodibunt 55. 632. 681. qui singuli in medio numerorum additorum ad latus collocentur. Hoc factò quisque eorum addatur numero diametraliter sibi opposito, prodibit ubique idem aggregatum np. 684. quot valent hæc verba ex 1. Joh. V. 7. $\alpha\lambda\eta\psi\lambda\tau\eta$ *Hæ tres unum sunt.* Deinde & pro *multiplicatione* denuo disponantur in trigono ad singulos angulos singulæ
B
litera



literæ vocis ברא quâ per *Notarjekon* Galatino notantur tres Di-
 vinitatis personæ: Nam litera ב *Filium* ר *Spiritum S.* & א denique אב *Patrem* indicat. Eadem pariter in
 numeros solvantur ב 2, ר 200. א 1. similiter toties bini ducan-

	ב	
	2.	
	אלהים	
2.	אב יה	400
	בן יה	
	רוח יה	
	400.	
א.		5
1.	200.	200.

tur in se invicem, quoties combinari possunt, productaque singula
 in medio multiplicatorum ad latus collocentur, prodibunt 2. 200.
 400. Hinc denuo quisque horum ducatur in diametraliter
 oppositum. Factâ operatione similiter ubique idem proveniet
 productum, np. 400. totidem, quot continentur his verbis
 יה רוח יה בן יה אלהים אב יה i. e. tres divinitatis personæ, *Deus Pa-*
ter, Deus Filius, Deus Spiritus S. Coeterum ob varia mysteria & il-
 lustrem divinitatis similitudinem ternarius in discreta, & tri-
 gonus in continuâ quantitate huic negotio aptissimi videntur, In-
 de & pro mysticis Trinitatis in natura signaculis habet Robertus
 de Fluctibus in tractatu suo *Phisicô Mathematico*. Ratio & fun-
 damentum utriusque ex *Mathesi* petenda sunt. Quoties enim
 trium numerorum aggregata simul sumta sunt æqualia uni ter-
 tio, toties pro additione res procedit. Modus a. permultipli-
 cationem insigniorem mysterii speciem habet, nec ejus tam fa-
 cilè apparet ratio.

§. 2. Succedit altera *Cabbalæ* species, quam appellant
 נוטריקון *Notarjekon* appellatione, ut apparet, Romanâ. Quod
 & R. Elias in *Thisbi*, citante B. Glasfio notat, cui נוטריקון idem
 est, quod ספרות Germanicè קאנגעליש *Eangelisch* qf. *notarica*

au.



aut *notaria ars*. Lubet ejus duos modos principaliores confi-
 tuere. Eorum *primus* est, quando plurium vocum literæ s. me-
 diæ s. extremæ non singulæ singulas voces, sed simul junctæ u-
 nam pluresve conficiunt. *Alter* quando singulæ ejusdem vocis li-
 teræ imò & syllabæ singulas voces indicant. Seu, quando ejus-
 dem vocis literæ syllabæve fiunt initia singularum dictionum.
 Priorem denuo in tres alios minùs principales dispefcintus. Ho-
 rum unus appellatur תיבות ראשי alter תיבות סופי tertius
 רלוג. Qvò circa generatim notand. qvò Sixtus Senensis monet lib.
 III. B. S. qvòד נקודות שלוש s. *tria puncta in usu sint apud Cab-*
balistas, quoties per literas voces singulas significativas alicujus
mysterii intelligunt. De singulis sigillatim agemus.

§. 13. Et (1) qvòד תאשי תיבות i. e. *capita s. initia dictio-*
num dicitur, quando literæ singularum vocum initiales per aphære-
 sin resectæ mysticam significationem indicant. De hac sequen-
 tem tradunt regulam: *Quando diversarum vocum literæ ini-*
tiales aliam vocem pariunt sensu salvò, tunc notatur mysticum
qvòd. E. g. insigne mysterium latere putant in verbis Ps.
 L X X V. 12. אמת מארץ תצמח *Veritas è terra progermi-*
nabit. Prima n. versiculi vox אמת & *literaliter* occurrit
 & *mysticè* porro ex initialibus vocum colligitur. Qua de causa
 peculiari eam includunt schemati, ut quæqva versum legi possit.
 Idem ad modum structuræ Alexandri Deglettein apud Raynau-
 dum Erotem. de lib. bonis & malis P. 1. erotem. 13. pro cha-
 ractere centrali assumptâ literâ מ plenius exhibemus h. m. Similiter

מח	צ	ת	צ	חמ
ץ	אר	ט	רא	ץ
ת	ט	א	ט	ת
ץ	אר	ט	רא	ץ
מח	צ	ת	צ	חמ

in verbis Gen. XV. 10. מי סמוך באלים יהוה *Quis sicut tu*
inter Deos Domine. literæ initiales conficiunt symbolicum Judæ
 Maccabæi signaculum, מכבי *Maccabai*: Qvò tanqvam emble-
 mate scutum signasse perhibetur. Unde & ipsi *Maccabæo* nomen,
 Vid. Cornel. à Lapide Comment. ad Rom. VII, 13. 14.

§. 14. (2) סופי תיבות *fines dictionum* appellatur, qv. plurium di-

tionum finales per apharefin abscissæ mysticum quid significant.
De hac iterum tradunt regulam: *Quando dictiones aliter atq; aliter
in fine cadentes novam quandam producant mysterium aliquod in-
dicatur.* Exempli vice producemus locum Rabbinicum ab Hack-
spanio citatum ex ב"ה ad Gen. 1. 6. seqq. unde aliquoties ex-
truitur vox אמת *veritas* (juxta id, quod dicitur Pf. XXV, 10. *O-
mnes via Domini sunt אמת וחסד veritas & misericordia*) verba
hæc sunt: בראשית ברא אלהים סופי תיבות אמת מלמד
שברא העולם באמת ש' נ' ראש דבריך אמרת וירא אלהים
את סופי תיבות אמרת ויברא אלהים את סופי תיבות
אמת i. e. *cum dicitur בראשית ברא אלהים literæ finales con-
stituunt vocem אמת, ad indicandum quod mundus in veritate crea-
tus sit, sicut dicitur: principium verborum tuorum veritas est, similiter
in reliquis aliquoties.* Bene etiam hic advertit Hackspanius, quod hi
duo modi aliquando componantur, quando nimirum & initiales
& finales literæ mysterium aliquod involvunt. Exemplum esto Deut.
XXX, 12. ubi sic: המצורה הזאת לא בשמים היא לאמר מי
יעלה לנו השמימה ראשי תיבות ראשי תיבות מילה
וסופי תיבות יהוה לומר אינו יכול לעלות אצל ה' אם
לנו שהוא נימוך וכן התהלך לפני תמים שנאמר אל
מילה i. e. *preceptum hoc non est in caelis, ut dicas, quis adducee-
nos in caelum: hic initiales vocem constituunt vocem מילה & fina-
les nomen יהוה, & indicant non posse quenquam adscendere ad DEUM
nisi sit circumcissus, sicut dictum est Gen. XVII, 2. Ambula coram me &
esto perfectus, id quod de circumcissione dictum est.* Nonnunquam etiã
componitur cum ἀξιολογία qualis Cabbala
occurrit in ב"ה ad Gen. XXII, 11. ויקרא אליו מלאך יהוה מן
השמים i. e. *& clamavit ad eum Angelus Domini de caelo, si ultimas
literas juxta Gematriam astimes, idem faciunt, atq; hic Michael fuit.*
S. 15. (3) רלוג i. e. *salus dicitur, quando ex literis & extremis &
mediis diversarum vocum indifferenti ferè methodo vox significativa
colligitur, quam & Syncopen ad differentiam reliquorum appellant
alii.* Loco exempli sint nomina איש, quod *maritum*, & אשה, quod
uxorem

uxorem notat ex Genes, II. 22. Horum illud continet literam (ו) in medio, hoc v. ה in fine: Quæ duæ literæ constituunt nomen יהוה auctoris conjugii Dei O. M. quò præsentè, res omnis salva est, Quod si has duas literas eximas è dictis nominibus utrinq; remanet vox וְנִ, quæ ignem notat: Quò innuitur, Deo absente, aut per impietatem expulsò esse inter conjuges non nisi ignem contentionis & jurgiorum, qui difficulter extingvitur.

§. 16. Alter modus principalior iterum distingvi in duos mî-
nùs principales potest. Eorumq; primus est, quando singulæ literæ
ejusdem vocis singulas alias voces pariunt, qui in particulari aliàs a-
nonymus est, potest tamen commodè *Notarjecon in specie* dici. Hæc
Cabbalâ explicant Judæi honorarium Josephi titulum פֶּעֶנָה פֶּעֶנָה
Gen. xli. 45. ubi pro singulis literis singulas substituunt dictiones h.
m. צָרִיק פֶּטְפֶם נֶפֶשׁ הָאוּה פּוֹטִיפָר עֵנָה נֶפֶשׁוֹ חָנָם. i. e. *Jose-*
phus justus appetitui concupiscibili resistit, sed Potiphar animam ejus si-
ne causa afflixit. Pudet proferre horrendam Judæorum blasphemiam,
quâ sanctissimum nomen יהוה per Notarjecon sceleratissimè
exponunt h. m. יְהוֹדֵי שֶׁקֶר וְהוֹעֵבָה *Nos lovi mutatione repo-*
nimus יהודי שקר והועבה *Judeus mendax est & abominabilis.*
Affinitatem habet hæc Cabbalæ species cum Acrostichiis Græ-
corum & Latinorum. Quemadmodum nomen Græcum Ἰησοῦς
quod ex initialibus literis in carmine acrostichio Sibyllæ Erythreæ
colligitur sublime fidei nostræ mysterium indicat., quò Sancti Pa-
tres Christum notari putant. Si n. ex literis fiant dictiones, hæc ver-
ba inde enascuntur: Ἰησοῦς χριστός θεὸς υἱὸς πατρὸς: *Jesus Christus*
Dei filius Salvator. Qua de causa passim eundem Ἰησοῦς appellant
Opratus Milevitanus l. III. adv. Parm. Augustinus l. VIII. de C. D. c.
23. Tertull. lib. de Baptismo, allegati à Nierembergjo lib. V. de O-
rig. script. c. 5.

§. 17. Alter modus, vicissim anonymus aliàs, *Trimesis* appellari
potest, & est quando singulæ ejusdem vocis syllabæ singulas voces
suppeditant: e. g. si dislocentur literæ initiales vocis בְּרָאשִׁית
oriuntur hæ voces: בְּרָאשִׁית quod significat: *filium dabo,*
digitò intentò ad Salvatorem mundi. Et vicissim alio modo:
שִׁירָה בְּרָא quod est, *creavit (DEUS) fundamentum.*

§. 18. Absolutis duabus speciebus prioribus, tertia nunc restat,
תְּמִירָה *Themura* (à radice תָּמַר, i. e. *permutatio*) appella-
tur.

cur, quæ est, quando literæ ejusdem vocis vel secum invicem, vel
 cum diversis, seu quæ substantiam, seu quæ figuram, utrobiq; in toti-
 dem cum totidem permutatæ aliãvocem mysteriorum cujusdã signifi-
 cativam exhibent. Ejus duos modos primarios lubet constituere. Ho-
 rum primus est, quando literæ ejusdem vocis secum invicem per-
 mutatæ mysticam significationem pariunt. Qvi cum *anagramma-
 tismis* & *Logogryphorum* artificio convenit. Ebræi Cabbalam ארתיות
 appellant. Alii ad Gematriam referunt, quod servatis iisdem & to-
 tidem literis servetur etiam idem numerus: Nos Venerandam no-
 strum Seniore secuti huc retulimus. Nec n. hic tam æquivalentia
 numerorum attenditur, quàm identitas literarum, qd. quidem ali-
 ter atq; aliter dispositæ aptæ sunt constituere aliam sui explicati-
 vam. Insigne ejus rei specimen præstiterunt Ebræi in voce בראשית
 Verba eorum citata ab Hackspanio l. c. p. 314. lubet proponere.
 בראשית ארתיות ביה ראש כלומר בירת המקדש ראשון
 שנ' כסא כבוד מרום מראשון מקום מקדשנו. דבר אחר
 בראשית ארתיות א' בהשרי נברא העולם. ד' א' בראשית
 ארתיות בראשית שתי שברא שתי תורות תורה שבכתב ותורה
 שבעל פה. ד' א' בראשית ארתיות יר' א' שבת לומר לך
 שבזכות שבת נברא העולם. ד' א' בראשית ארתיות ברית
 אש שבזכות הברית שהיא חמילה ובזכות האש שהיא התורה
 per Cabbalam בראשית i. e. ex dictione ניצולין מדינת גהנם
 בראשית fit. *quasi sermo sit de domo sanctuarii primã, quia
 dicitur (Jer. 17. v. 12.) solium glorie altitudinis à principio locus ille san-
 ctuarii nostri fuit. Item fit inde, בא השר, i. e. primã die Thisri,
 quæ mundus creatus est. Porro בראשית i. e. circavit duo, geminam
 np. legem scriptam & ore-tenus traditam. Ulterius בראשית
 venerare Sabbathum, quo indicatur quod in honorem Sabbathi crea-
 tus sit mundus. Denique אש ברית i. e. fœdus ignis s. igneum, quo-
 niam propter fœdus, quò notatur circumcisio, & propter ignem, quò lex
 significatur Jer. xxii. 29. liberi erunt Judæi à pœnã Gehenna.*

§. 19. Alter modus iterum bipartitus est. Aut n. literæ ejus-
 dem vocis permutantur cum diversis, quæ substantiam, aut quæ
 qualitatem s. figuram. Prius si contingat, appellatur צירוף *com-
 binatio*, cum nihil aliud sit, nisi literarum certã per totam Alpha-
 betum resolutiones & combinationis lege, aliarum pro aliis possi-
 tio.



no. Quarum revolutionum xxii. numerat Reuchlinus lib. iii. Ara-
 Cabbal. in certâ tabulâ Ziruph dictâ dispositas, quàm exhibent Kir-
 cherus l. c. cl. iv. c. 5. & Schottus l. c. ix. p. 955. Celebriores modi
 duo sunt, quorum primus ex combinatione primæ & mediæ, secun-
 dæ & mediæ subsequenti, & sic deinceps, vocatur **אלכב** Al-
 bam, ubi uni medietati Alphabeti Hebraici **אלפבית** & ordine
 naturali subiicitur medietas reliqua, h. m. **אבגדהוזחטיכ**
למנסעפצקרשת

Alter ex combinatione primæ & ultimæ secundæ & penultimæ, &
 deinceps memoriæ causâ vocatur **שנתבא** Athbasch, ubi primæ Al-
 phabeti medietati ordine retragrado subiicitur reliqua h. m.

אבגדהוזחטיכ
תשקצפעסנמל

Utriusque exempla subiiciemus. (1) Es. vii. v. 7. occurrit nomen
 Regis cuiusdam **טבאר** dicti, quem Iudæorum ignorat historia. Id
 per Albam R. Salomo interpretatur de Remalia filio, h. m.

יש לפרש טבאר אשר לא טוב בעיני מקום וכגמטריא
אותיות טבאל הוא רמלא טרמב אל כן טבאר בן רמלי
 i. e. potest explicari *Tabaal, qui non est probus in oculis Domini* (מקום
 n. in numeris valet idem quod quadrata numerorum literis **ט**
קצמאטז notatorum, s. quod idem, **πτεγαγεμματα** continet
 radicem quadratam vocis **מקום**) & per Gematriam (abutitur vo-
 ce) *literarum Albam fit* **ט** cum **ר**, **ב** cum **ט** & **א** cum **ל**

*permutando. Itaque Tabaal est filius Remalia, cuius nomen, ne Re-
 gem offenderet Propheta, occultasse putatur.* (2) Similiter Ier. xxv.
 25. occurrit nomen **ששך** Sefach, quod Babyloniam interpretatur
 Chaldeus, vertens: **דבבר** & Rex Babylonie. Consen-
 tiunt Hieronymus comment. ad e. xxv. Efa. Schindlerus Lex. col.
 1778. Id a. eruitur per Alphabetum Athbasch, si **ש** cum **ב** & **ך**
 cum **ל** permutentur. Inde n. fit **בבל** quod Babyloniam significat.
 Eadem ratione verba Dan. V. 25. **מנא תקרא ופרשיו** per
 Athbasch scripta esse h. m. **ששך** putant Rabbino-
 rum quidam. Vid. Hackspanius specim. Talmud. Theol. c. i. n. 24. §. 25.

§. 20. Quod si vero literæ permutentur cum aliis, quæ non
 substantialiter, sed accidentaliter tantum sunt diversa denuo no-
 vus



us oritur Cabbalæ modus, qui tamen nomine specificò caret. Hoc modò integræ sententiæ vel textus sacri velut in Scripturam hieroglyphicam permutantur. Ejusmodi enim characteres oppidò mysteriosos esse persuasi sunt Judæi. Tales autem scribendi rationes sunt עבר הנער כתב *Scriptura transitus fluvii*, quam vocant, item *Scriptura Coelestis*, & כתב מלאכים *Scriptura Angelorum sive regia*: quas Scripturas magnificiunt, nec facillè vulgò committunt. Referenda eò sunt *Alphabetum Samaritanum* & antiqui nonnulli characteres, qui monetis Orientalium imprimi consueverunt, quales Romæ in Museo Kircheriano à Johanne Baptista Villalpando collectos se vidisse testatur Schottus l. c. cap. 6. ubi & potiores characterum figuras exhibet & monetanum. Cæterum tam præsens modus quàm immediate præcedens nil discrepat ab arte Steganographica, imò nil nisi Steganographia est.

§. 21. Hi sunt præcipui modi Cabbalæ Judaicæ, ex quibus quidem, pro ut quisque pollet ingenio, plures alios conficiunt modos compositos, quorum tamen constans & distincta ratio præceptis comprehendere vix potest. Patet tamen inde, Cabbalam, quam hætenus tractavimus, in totum non esse damnandam, ut durius quàm veriùs censet Bened. Pererius Lib. 1. de Magia Cap. 10. In seipsa enim indifferens est, & pro conditione objecti nunc benè nunc malè adhiberi potest. Vfus laudem meretur, vituperium abusus. Velut enim nec universim probamus, sic nec universim reiicimus. Saltim Judæorum detestamur malitiam, qui ad blasphemiam in Christianam Religionem, exorcisationes dæmonum & magicas artes abutuntur, imò divinam virtutem miracula patrandi, & nescio quid non attribuunt. Sententiam nostram confirmant Gilbert. Genebrardus Lib. II. Chronogr. ad A. M. 4009. Sixtus Senensis Lib. III. B. S. Cap. 24. Serarius in Cap. X. Iosue qu. 2. num. 8. Theoph. Raynaudus Erotemat. de lib. bonis & malis, part. 1. Erotem. 13. & alii multi quorum testimonia prolixè allegat laudatus Schottus l. c. cap. 23. Quam verò vim probandi in Theologiâ habeat explicare, id non existimaverimus nostrarum partium, sed sublimioris iudicii esse. Præstiterunt id præter alios imprimis Venerandus noster Senior l. c. B. Glassis Lib. II. part. 1. Tract. 2. Sect. 3. art. 7. B. Waltherus offic. Bibl. p. 545. seqq. & Athanasius Kircherus Oedip. Tom II. Cl. 4. cap. n. ejus vanitatem inductione singularum specierum operosè demonstrat. Tantum.


✓
00 A 6436

ULB Halle 3
004 931 300


KD 18







Farbkarte #13

B.I.G.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

PHILOSOPHICI
SAXONUM
HENNEBERGICUS
TORGENSIS
PHILOSOPHORUM
O. R. C. L. S. LXIX.
excudebat ELIAS Siebig.

